

ius vel alterius planetæ statum prospere-
rum, aut infelicem, quæ nec iuuare pos-
sunt in Alchimiæ naturalis arte, nocere
ve multò minùs: si verum alioqui pro-
cessum, aut possibilem habeas, operare
cùm libuerit. Modò non ex teipso, vel
tuis operationibus & intellectu sit ali-
quis defectus, planetæ syderáve cœlestia
tibi non officient in hoc opere. Locus
etiam rerum omnium perpetuus, tem-
poris expersatque principij finisq; loco-
rum vbiuis operatur essentialiter; cuius
nulla spes est, quod reputatur impossibi-
le, quod etiam incredibile desperatumq;
videtur, mirabiliter in veritatē erumpit.
Deus enim & natura nihil faciūt frustra.
Notandum est apprimè hoc ad mercuriū
vrens. Quicquid in colorem album tin-
git, vitæ naturam habet, lucisq; potestatē
atq; proprietatem, quæ vitam causaliter
efficit: ignis cū suo calore, vitæ huius est
origo. Quicquid è contrà tingit in nigre-
dinem, aut nigrum efficit, naturam cum
morte communem habet, tenebrarumq;
proprietatem & vires mortis efficaces.
Corruptionis huiusmodi coagulatio fi-
xatioq;